

N ZITT.

LESISCHES  
STENTHUM  
HWEIDNIZ

Civitates mo  
Civitates mo  
provincialib  
Civitates sine  
Oppida.  
Castra ac M

Vol 132.



SLUB A H

rib  
nil  
P.  
me  
bil  
Pa  
a  
silon  
hen  
BU

5. 16.  
Σὺν τῷ Θεῷ τῷ ἱερομειγίστῳ  
DE

**F O R M I S.**  
**E A R U M Q U E**  
**O R T U.**

Exercitatio Physica,

*Quam*

Divina Gratia clementer adspirante,

**P R Æ S I D E**

*Viro Amplissimo, Excellentissimo, Clarissimo*

**DN.M. JOHANNES Sperling/**

Physices Professore in alma Leucorea longe  
celeberrimo,

Dn, Præceptore, Fautore ac Patrono, debito honoris  
cultu æviternum observando.

placidæ dextræ judicantium συζητήσεις exhibet.

**J O H A N N E S W E R G E R**

Lubce: Saxo

**AUTOR ET RESPONDENS.**

In Auditorio majori ad diem XXIV. Maii

*Horis matutinis*



**WITTEBERGÆ**

**TYPIS HERED. JOHANN. HAKEN.**

Anno **M<sup>o</sup>DC. LIV.**  
10.

B. 132  
5

V I R O

*Illustri, Perquam Generoso Pranobilissimo, Excellentissimo,  
mo, Amplissimo, maxime Serenuo*

D O M I N O

**J O A C H I M O**

**G E N S E D R S S**

**Serenis : Maj : Regiæ Dan : Norvveg : etc. Regni  
Præfecto Eminentissimo, Equiti & Senatori Regio  
primario, gravissimo, Inspectori in Born-  
holm/ Toparchæ auff Thumbyholm/**

U T E T

V I R O

*Generoso admodum, Pranobilissimo, Amplissimo, per-  
quam Serenuo*

D O M I N O

**A D A M O H E N R I C O P E N Z S**

**Serenis: Maj: Regiæ Dan: Norvveg: etc: Aula Regiæ  
MARSCHALLO Gravissimo, Toparchæ auff Warlis**

**Mecænatibus meis submissa animi devotione  
æviternum colendis, observandis.**



**V**ereor, Viri Generositate, Nobilitate, Magnificentia,  
Amplitudine, Antiqua generis prosapia, rerumq; Nobilissi-  
marum multijugo usu & peritia eminentissimi. Meoena-  
tes submisso & devoto animi cultu summe observandi, vere-  
or inquam, ne dum lucubratiunculam hanc juvenilem ad subsellia  
Excell. & Amplitud. Vestrarum deponere ausus sum, frons inhumana-  
nitatis & pudoris rustici nota inuratur: Videor enim cum iniurius  
esse in gravissimas Regni curas, quarum molem egregiam sustinetis  
tumminis aequus estimator rerum domesticarum vestrarum, qui  
hac disputatiuncula, veloci oculo percurrenda, vel saltem inspici-  
enda moram vobis injicere audeam. Novi enim, quam illi, qui in  
altissimo rerum humanarum fastigio sunt constituti, quiq; Regni  
habenas moderantur, arduis negotijs implicentur, quamq; curas  
omnes & cogitationes in populi salute desigant, praesertim in pericn-  
losissimis his & barbaris Martis saevientis temporibus. Veniam  
itaq; ut mihi dent vest: Exc: & Ampl: summis precibus contendo, qui  
summum Regni occupationibus alias restrictis molestiam exhibeam,  
occupatosq; occupem, eoq; libentius & promptius veniam vos datu-  
ros plane confido, si causas quae me huc impulerunt, precipuas in medi-  
um produxero. Duae autem potissimum se exhibent. Summus Exc:  
& Amplit: v. in literas. earumq; cultores favor & affectus laudi-  
bus usq; celebrandus, & merita in parentem meum suavissimum  
toties collata. In hoc namq; unice illustrium Virorum laudes si-  
xas esse ducitis, ut, qui ipsi illustrium scientiarum eminentia singula-  
riter polletis, singulari benivolentia quoq; Musarum cultores ada-  
metis, quae certissimis iudicis saepius probatam dedistis. Et quid  
beneficiorum, quae maximo numero per annos benemultos in paren-  
tem contulistis mentionem injicio, cum satius sit, si entijs sup-  
paro eadem involvere, quam multa in iisdem recensendis omittere.  
Si quid enim patri in aula Regia fuerit expediendum, Vestra indu-  
stria-

11

a

ich  
Ar  
Dun  
cl  
schon  
Peb  
C  
uz  
Pr  
oniz  
Pod  
Bra  
Nlez  
izka

*stria factum est, ut ex animi sententia res processerit. Quo nomi-  
ne ea quae par est, animi submissione in virtutum vestrarum illustri-  
um & nobilissimarum templo hoc quaecumque anathema dicatum  
consecratumque, eo, tum ut tantorum Virorum affectum benivolentis-  
simum demeream, tum ut publica mea devotionis argumentum e-  
videntissimum, & debita gratitudinis monumentum manifestissi-  
mum habeant. Quod si serenis frontibus V. E. & Ampl: exceperint,  
& tanquam idoneum humilis observantiae meae testem admiserint,  
boni ominis loco interpretabor & me hominum quantum natum est,  
felicissimum ducam, quod eo magis facturos Vos spero, quo acrius me ad  
profectiora sectanda incitari velitis. Benignissimum Numen om-  
ni benedictionum genere Vos augeat, & quam diutissime incolu-  
mes praestet cum Illustribus & Nobilissimis vestris Familijs, vestra  
dirigat consilia in maximum Regni emolumentum, felicissimosque re-  
rum successus clementissime largiatur. Ita vovet.*

Qui illust: Vestras, perquam Gen: Nob: Exc: & Ampl:

debita & devota animi submissione colit.

JOHANN. WERGER.



I. N. J.

**S** nunquam doctrina errorum tenebris densissimis fuit ob-  
voluta; si ulla doctrinae physicae pars est, quae gravissimas ge-  
nuit controversias, haec certe est, quae formarum ortum pro-  
ponit. Tot enim reperias sententias, quot aestivo tempore  
muscas. Alii animas extrinsecus accedere naturali quadam &  
inevitabili necessitate, ubi jam omnis ad plenum praeparatio  
absoluta est, summo nisu defendunt; alii educi illas e potentia  
materiae acerrime propugnant; alii caelesti Thaumaturgo pro-  
ductionem illarum adscribunt; alii denique, dum se penitio-  
res nobilis hujus doctrinae latices exhausisse autumant, ubi ta-  
men vix primoribus labris eam degustarunt, eò dementiae pro-  
grediuntur, ut *Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνησαν*. Argumenta,  
quibus suam statumare thesin allaborant, talia ferè sunt, ut  
profulentissimo Sole vix ejus umbram, pro rebus verba & nu-  
gas magnas, imò pro veritate ipsam falsitatem attulisse videan-  
tur. O miserarum hominum mentes, o pectora caeca, qualibus in  
tenebris degitis! Nonne satius foret, isti subscribere sententiae,  
quae animarum cum seminibus propagatione adstruit, praesertim cum  
hanc testetur Natura, & benedictionis divinae *ρήματα*, quae sunt, te-  
ste D. Thumio, *πράγματα*. Hanc cum solliciti Naturae scrutatores se-  
qui maxime debeant, & ego naturam & veritatem merito secutus a-  
nimarum propagationem ambabus amplector manibus. Non  
enim homo, qui est *τολμροῦ ἀτης Ἰησ Φύσεως ἀγαλμα* deterioris  
est conditionis, quam brutum animal. Si ergo canis generat  
canem, equus equum, tum quoad corpus, tum quoad animam  
quid prohibet, quo minus homo totum producat hominem?  
Accedit, quod simile sibi simile non generaret, nec homo ho-  
minem, si à parentibus animam propagari negaretur, cum ne-  
mo ab altero principio, materia scilicet, denominetur homo,  
quod ipsum perspicuum satis est in homine mortuo, qui aequi-  
vocate tantum dicitur homo. Hoc dilucidius & explanatius se-

Λε

quen.

11

11

a

ich

Dün

schon

schon

schon

schon

schon

schon

schon

schon

schon

schon

schon

quibus thesibus probatū dabo, meamq; sententiā, quantum in me  
erit, ab hostili adversariorū incurſu liberabo. Benignissimū Nu-  
men hos juret labores, & clementissimè his annuat cœptis.

### THESIS I,

**Forma est causa interna, perquam corpus natu-  
rale constituitur.**

FORMOSA de forma doctrina est nec satis ab huma-  
na mente capitur. Formas cum sollicite indagamus. in miselle  
sæpius accidente acquiescere cogimur. Nec plebeja, sed subtilia  
quoque & rara ingenia de hoc conqueruntur, Cognoscimus eas  
à posteriori non à priori. Ex ipsis operationibus concludimus  
de essentiis formarum, cum ab actu secundo ad actum primum  
valeat consequentia affirmativè, ipsam verò essentialiam haud  
cognoscimus. Audiamus subtilissimum Scaligerum, hac de re ita  
loquentem *Exerc: 307, 21. Nego tibi ullam esse formam nobis nec am-  
plè & planè: formarum enim cognitio est rudis, confusa, nec nisi  
per effectus.* Postmodum autem hoc ipso in loco negat, for-  
mæ substantialis spaciem recipi posse in intellectum, eò quod  
nunquam in sensu fuerit. Quæ verba non distinctam modo, sed  
& confusam formarum cognitionem, quam tamen antea con-  
cesserat, tollere videntur, ita ut prudentissimi quique facillimè  
in errorem prolabi queant. Nullà verò ratione cognosci posse  
formas, constanter negamus, cum forma equina ex hinnitu tan-  
quam proprio suo, canina ex latratu quodammodo nobis in-  
notescat. Et sanè, rem si bene perpendere velimus, falsum est  
formas planè non cadere sub sensum, falsum quoque, non ca-  
dere easdem sub intellectum. Duplici enim modo entia incur-  
runt in sensus, vel immediatè & per se, vel mediate & per aliud.  
Illa per proprias species sensus, nuncios ac interpretes intelle-  
ctus afficiunt, ut color visum, sonus auditum, odor odoratum,  
sapor gustum, qualitas tactilis tactum. hæc aut per effectum, pro-  
ut omnis causa judicatur ex suo effectu, & prout Deus gentili-  
bus ex visibilibus hujus mundi fuit cognitus; aut per partes, sic  
ut mons aureus in sensu est: conjungit enim intellectus montem  
& aurum, partes scorsim visas, & montem  
aure-



aurum fingit; vel per oppositum, ut cum ex acerbitate morbi  
sanitatis iucunditatem percipimus, ex bello amantiam pacis;  
vel per simile, ut absentes & vitam functos cognoscimus per depi-  
ctas imagines; vel per fundamenta, ut notiones secundas per pri-  
mas, universalis per singularia *Vid. Excell. Dn. Praeses Aut hrop. cap*  
*3. quest. 9. p. 199. & Wendelin. cont. phys. sect. 1. c. 2. pag. 17.*

*ἐνδεσικ.* Definitum est forma, ubi considerata veniunt cum  
homonymia, tum synonymia. Quoad synonymiam, forma va-  
rias habet significationes, designat: enim 1. *essentiam alicuius rei*  
*totam*, prout haec est distinctiva, Sicut eadem vocatur natura,  
prout est operativa, quidditas, prout est definibilis aut definita.  
Et hanc vulgò formam metaphysicam appellamus 2. *differen-*  
*tiam rei specificam* quae alias forma logica dicitur, *ens aliquod sim-*  
*plex, purum, omni materia destitutum*, ut sunt angeli, à commercio  
corporis planè segregati & exclusi. quae aliàs forma separata ap-  
pellari solet, non relativè, quod informet materiam, aut ad in-  
formandum ordinata sit, sed comparativè propter simplicita-  
tem & omnimodam materiae carentiam, 4. *quamvis elegantem*  
*verum aggregatarum dispositionem*, quae artificiosa salutatur ubi e-  
manans valdè est natura, quae externam haec formam saepius nos eble-  
stare solet, nedum internam. Pingendi arte insignis Xeuxis cani-  
strum uvis refertum, pictum exposuit, ad quas aviculae, dulce  
dine uvarum captae advolarunt, specie deceptae, *vid. Exc. D. s.*  
*Praes. instit. ph. l. 1. c. 3. §. potiozem corporis naturalis partem* quae ei-  
dem esse largitur, distingui, operari, & haec est forma physica,  
quam hic attendimus. Putant quidam, formam penitus esse ex-  
cludendam à constitutione corporis, solam verò materiam suf-  
ficere ad constituendam rerum essentiam: at sententiam hanc, ut ratione  
diametro repugnantem, & à veritate planè alienam rejicimus, &  
cum Exc. Dn. Praes. in instit. ph. l. 1. c. 2. p. 59. dicimus: *Exmate-*  
*ria & forma oriri composita Physica.* Corpora namque novimus  
multipliciter inter se differre, differentiam autem non exhibet  
materia: sicut enim forma dat essentiam rei, ita & distinctionem.  
Ostendunt idem proprietates, & operandi potentiae corporum  
naturalium quae non possunt pendere à principio *πασθητικῶν*. ut  
materia est, sed ab *ἐνεργητικῶν* illo scilicet, unde corpora & di-

distinctionem & operandi virtutem obtinent. Pulcherrimo enim ordine hæc tria se sequuntur: Esse, Distingui, Operari *Videtur: Dn. Pras. tract. de form. hom: in ur:* Quoad synonymiam varias et idem sortitur appellationes. Græcis dicitur εἶδος quia format & perfectam reddit rudem & incompositam materiam molē: μορφή Aristoteli appellatur, vel species, optimam quidem ratione, partim ratione materiam, quam speciosè & egregiè ornat, partim ratione totius compositi, quia forma conjuncta cum materia speciem corporis naturalis facit. Non minus rectè quam eleganter *Kyperus Inst. phys. l. 1. c. 6. p. 101.* dicit, formam meritò vocari εἶδος tum effectivè & causaliter, quia specificam differentiam infert, tum formaliter, quia formæ inter se specificè differunt, juxta receptum Canonem. Propter quod unumquodque tale est, id ipsum magis tale est. Scaligero ἐπιτέλεσμα dicitur, quæ vox est decomposita, ab ἐν, quod scilicet forma materiam intimè permeet & τέλος finis ac perfectio, quia forma est terminus generationis, & ultima perfectio compositi, & ἔχειν posse, habere, tum quia quævis perfectionem suam obtineat beneficio hujus principii intrinseci, tum quia omnes operationes corporis à forma, ut fonte & radice suam trahunt originem. Latinis dicitur actus, tum ratione materiam, cujus capacitatem, quam habet ad formas recipiendas, velut actuat, tum ratione compositi, quod ut actu sit & existat, facit. Dicitur quoque terminus, primò ratione generationis, quia forma introducta, cessat generatio, secundo ratione ipsius essentiam corporis, cui certos terminos præscribit, & quæ sunt aliæ formæ appellationes. In definitione conceptus determinabilis est *causa interna*, conceptus verò determinans subsequentibus absolvitur verbis: *per quam corpus naturale constituitur.* Causa est, quia influxum verum & realem præstat ad productionem compositi, & conditiones causæ formæ competunt, ut sunt, entitas, causalitas, relatio. Si enim forma est altera compositi pars, si forma ipsam essentiam rei largitur, veram ac realem entitatem habet. Si præparat materiam ad formam recipiendam eamque perficit, si forma elaborat membra corporis humani & negotiosa est in efformandis partibus, causat maximè. Hinc duplex formæ causalitas arguitur, prior est respectu materiam, quam actuat & determinat. post-

ste-

sterior est respectu totius compositi, & est dare illi esse, hoc est, essentiam & actualem existentiam, nec non ad certam & definitam entis speciem restringere: *Vid. Doct: Mart: exerc: Met: l. 1. ex or. 4. t b. 5. p. m. 148.* Imo efficientis rationem habet. quatenus partes format. Mutuam insuper habet *αίσιν* ad materiam, sicut materia ad formam. *Interna* est, quia quicquid intrinsece rem constituit, causa illius interna est. sicut id externa causa est, quod extrinsecè rem constiuit. Differentiam nobis exhibet *modus causandi*, qui per notam characteristicam *PER* insinuatur, quæ habitudinem significat, quæ ad compositum intrinsecè tanquam potissima eius pars concurrit, adeoque propriam formæ causalitatem indicat: per hanc enim corpus naturale constituitur ultimato & terminativè. Dicit hic quidam, dubium esse, quomodo causæ influant inesse corporum naturalium, quæ sunt universale quoddam, cum hoc sit singularium, atque hoc ipso à forma remouet, quod realem præbeat influxum ad productionem corporis naturalis. Sed respondemus *cum Excell. Du. Pras. in dissert: de princ: corp. natur: t b. 4.* Hoc modo actum erit de nostra *physica*, quæ circa universalia occupatur, quorum tamen non dantur *causæ*. Scilicet distinctio inter materiale & formale rem cōtroversâ dirimit: quando itaque queritur quomodo universalia habeant causas? respondemus, eo modo, quo sūt in rebus, in singularibus, quæ fundamenta sunt universalium, nec unquam realiter ab istis separata: quomodo verò sunt in singularibus? Materialiter, & hoc pacto causæ intrinsecæ in essentiam corporis naturalis influunt.

## THESIS II.

### Estque vel generica, vel specifica

*ἐκθεσις.* Non unius ejusdemque sunt conditionis & naturæ: Generica officio materię fungitur, specifica formæ proprie sic dictæ rationē sustinet: illa iussa exequitur, hæc velut domina dominiū exercet. Generica complectitur sub se vel subordinatā vel accidentariam,

Est autem Subordinata forma, quæ lege naturæ tam diu formæ specificæ imperio subest, donec excusso servitii iugo, sui iuris fit, & naturam specificæ formæ obtinet.

B

For-

me

ich  
Dun  
schon  
Feb  
Pr  
oniz  
Pod  
Brad  
Nlex  
izka

11

a

11

ma nomen fortitur, quia revera habet materiam, cujus est forma, & in qua est, materiae appellationem nanciscitur ratione specificæ formæ, cujus respectu materiae rationem præferat. Sic formæ elementorum in misto quodam corpore spectant ad materiam misti, & specificæ formæ subordinatæ sunt, misto autem corpore resoluto, à servitio, quod ante subibant liberaræ specificæ formæ evadunt, & materiatum quid constituunt: quod Formarum subordinatarum tum servitium, tum dominium elegantissima quadam similitudine. Zabarella l. de gen: & int: c. 4. expresit *Quemadmodum si mortuo Rege servus aliquis fiat Rex is erat prius etiam, Rege vivente, at non erat ut Rex, ideo si querat quispiam, an sit creatus novus rex, nec ne, dicendum absque dubio est, esse novum Regem creatum, mutatumque esse regem; Sic igitur in viventi: interitu eatenus nova forma acquiritur, quatenus. que prius erat, tanquam conditio materiae, substans forma nobiliori nunc incipit esse forma, Et compositum constituere & imperare. Ita cadaver, calori solis expositum sæpius abit in vermes. Non autem existimandum, à putredine animalcula illa progenita esse, quippe quæ accidens est, mille autem accidentiane unam substantiam producere valent, neque autemandum, Deum, supremum illum architectum animalia hæc speciali concursu producere, cum Deus sit causa universalis & prima, quæ se indifferenter & indeterminate ad effectum producendum habet, sed quatenus animalia illa semina foverunt ad generationem & quatenus sublata forma specifica, forma mitionis è carcere quasi erumpens officio formæ strictè sic dictæ fungitur & corpus in specie constituit. Silentii peplo in volvere neque eo illud, quod Exc: D. Præs: recesset in tractatu de orig: form: pro Sennerto contra Freitag: Dicit, è foliis virentibus fieri erucas, & adducit C. I. Sennertum, hujus rei periculum qui fecit, qui tempore hyberno brassicam rubram contusam in hypocaulsto asservavit, donec vermes in ea generarentur, & expertus est, vermes illos in chrysalides mutari, hos conclusos tenuit in areola, quâ postea apertâ, plurimæ muscæ evolarunt, ubi ergo illæ muscæ forma? ubi chrysalidis? Non è potentia materiae, è qua profus nullæ producuntur formæ, quod ad sarietatem postea probatum dabimus, sed hac ratione, qua*

quà ob materiae indispositionem, forma specifica suum domini-  
um amittit & deponit, & alia, quae subordinata & ministra erat,  
princeps ac domina evadit. Ita triticum in zeam, hordeum in  
ægilopem mutatur Plura exempla allegata vide. in Colleg. Syn  
Cl: Dn. Pomarii disp 5. de Formath. 1. pos. 2,

Accidentaria forma est; quæ sine naturæ lege ad tempus dunta-  
xat aliquibus corporibus in est, & quidem per accidens: dicitur  
autem accidentaria, non ratione sui, sic enim nulla forma est  
accidens, neque modus substantialis, ut *Burgersdicio* vult, ne-  
que diversa materiae habitudo modalis ab efficiente introducta  
sed substantia; sed ratione corporis, cui accidentaliter inhaeret  
ita ut queat adesse & abesse absque ulla corporis læsione & in-  
teritu. Innotescit autem, imo quasi manibus palpatur, si medica-  
menta & nutrimenta respicimus; quævis nutrimenta; quævis medi-  
camina quæ corpora sūt, suas habent formas, hæc eū à ventriculo  
accipiuntur, formæ simul, quæ operosissimæ sunt, capiuntur: & quæ-  
vis lateant formæ suas tamen exercent operationes Hinc hyan-  
thropia, galeanthropia, ornithanthropia, non quidem per sub-  
stantialem transformationem sed per degenerationem acci-  
dentium vel accidentalem conversionem, prior enim omnem  
naturam superat, nec à viribus ullis naturæ præstari potest. Puer  
cervino lacte nutritus & educatus celeritate pedum adeò cal-  
luit, ut vinceret cervum cursu, & grallatorem gradibus, & ut  
per iuga per saxa cervos currentes insequeretur. Alius suillo e-  
ducatus sanguine, hoc unicè delectatus est, ut in luto & uligine  
sevolveret & circum volveret ad fastidium usque. Puella Vratista-  
viensis, fel ino hausto sanguine ad versus epilepsiam haud mul-  
tò post felis naturam assumpsit, & felium mores probè imitata  
est, mures in angustissimis quoque foraminulis venando, feli-  
umque vocem assequendo. Sic quidam ob aves sanguine cali-  
dissimo turgidas devoratas avium facti sunt *μνηται* & *αμυλι-  
cantu*, saltu, motu. Scilicet cum sanguine calente & lacte spiri-  
tibus refertissimo, item cum cibis aliis formæ simul assumun-  
tur in ventriculum, quæ suas in membris, aliisque corporis par-  
tibus exercent vires & potentias. Huc enim trahi potest illud.

B2

quali

II  
a  
ich  
Dun  
ch  
schou  
Peb  
C  
Pr  
oniz  
Pod  
Braa  
Nilez  
izka

qualis spiritus. talis anima in operationibus suis. Latissimus quidem divagandi campus hic se aperit, non autem lubet exspatiari-unicum tantum apponemus exemplum. Antonini Philosophi imperatoris uxor Faustina gladiatoris, quem egregie carum habebat, cujusque impuro amore frui usque volebat, sanguine bibito, de repente cum marito concubuit. Id ubi factum non tantum amatoreuli athletæ amorem insanum deposuit, sed grava facta Antoninum Commodum pessimæ notæ hominem-athletam potius ferocem, quam bonum Principem aut Philosophum peperit: auspiciam enim crudelitatis annum duodecimum nondum egressus, ubi tepidius fortè lotus balneatorem in fornacem ignitū conjici jussit, dedit *Vide D. Job. Cluv. epit. hist. p. 344.* Huc pertinent eorum quoque exempla, qui à certis ciborum generibus abstinent, butyro, caseo, aliisque cibis, quibus tamen alii maximè delectantur. Huc pertinent sylvæ illæ, in quibus sæpius ignotarum arborum maximus numerus deprehensus fuit, seminibus eò transportatis vel per cadentes a imbore, vel diluvia.

Specificam formam ignota esse nequit, cum natura non liberalem tantum, sed & prodigam admodum hic se præstat, & pleno gutturo eandem proclamatur, dum tot species offert, ut res admirationem non careat. Tot enim formæ specificæ, quot reperias species animatorum: Est quoque distincta specifica forma à subordinata, quia illa actum ultimum materiæ largitur, hæc non item, donec sub hujus regimine continetur: illa nullam agnoscit superiorem, hæc alii formæ subdita est: Hæc sola regina ac domina est, reliquæ ministræ, hæc nunquam ingenium materiæ refert, reliquæ vices ejusdem tenent, hæc confert rei esse specificum, distingui specificum, operari specificum. Hæc facit ut canis differat ab equo, equus à leone, hæc tantæ præstantiæ est: ut ipse *Titelmannus l. 1. princ. rer. nat: c. 15.* formam Deo ad similem Deoque vicinam statuatur, cum etiam sit ipse forma quadam perfectissima & actus purissimus licet in immensum semper excellat divina perfectio, & in infinitum ab ea deliciat formæ similitudo.

THESIS III.

### THESIS III

**Formæ non educuntur è potentia materiæ**

Antequâ sententiam nostrâ statuinamus & firmis rationibus confirmamus, prius explicandum venit, quid indigetetur phrasi ista, educi è potentia materiæ. Nempe hoc communiter volunt, dependere dependentia effectiva formas à materia, ut effectus à sua causa, ita ut planè idem sit, eas separari à materia quam ipsas penitus interire. Audiamus Complutenses, qui sic scribunt: Dicendum, formam educi è potentia materiæ, nihil aliud esse, quam quod forma illa prius contineatur in potentia eius, ut in causa materiali, & quod inde educatur ad actum ex vi actionis, transtmutantis materiæ in. Sed verba hæc: peccus tamen nondum exsaturatur. Stent singula hæc, formas suam agnoscere originem ipsam materiæ potentiam, formas dependere in esse fieri, operari à materia, rectè adhuc tamen queritur, unde venerint, an ex ipsa materiæ essentia, quæ certè in variabilis & immutabilis est, nullumq; principium neactivum, quale est forma, ortum suum habeat à principio passivo. Si insuper materia transiret in formam, quomodo corpus naturale constaret materia & forma, an ex materiæ accidenti quod impossibile est, quippe infinitus accidentium numerus unius substantiam producere non potest, & effectus infinitis partibus sua causa nobilior & præstantior esset, non ex nihilo produci formas dicunt, hoc enim modo inferri creationem, quæ soli potentissimo Deo est adscribenda. Sed si ex nihilo productio creationem importaret, quid de accidentibus spiritualibus, de habitibus animæ rationalis, quæ nullam præsuppositam materiam habeant, fieret? quid de productione specierum intelligibilium fieret, quæ nullam quoque præexistentem materiam agnoscunt? alias namque entia spiritualia non essent, Dicis, ex phantasia eas oriri, cum intelligentem oporteat speculari phantasmata. Sed Respondemus, non ut ex causa materiali, sed exemplari. Et quid tandem fieret de formis materialibus? Et unde esset illa materiæ potentia? An ex aliquo, an ex nihilo? si ex aliquo unde hoc Et sic in infinitum

B 3

Ergo.

ich  
Ave  
Duh  
schou  
Pek  
L  
iz  
Pr  
oniz  
Pod  
Bra  
Niez  
izka

Ergo cum *Dankhaveror* in *coll. Phys.* dicimus, insufficientem esse  
creationis definitionem, quâ definitur constitutio rei ex nihilo  
& factionem compositi seu corporis naturalis ex nihilo esse  
creationem cum *Exc. Dn. Pras. Inst. pb. l. 1. p. 102.* asserimus.  
Distinguimus igitur inter materiã ex quã & in qua. ¶ dicimus in  
materia formã esse, operari & fieri, non ex materia, sicut vermiculi  
non ex putredine sed in putredine formantur; *Wendel. cont. pb.*  
*sect. 1. part. 1. c. 1. p. 137.* ait. & simul formas educi è potentia  
materiæ posse, & simul creari, non hæc enim pugnare cum in-  
quit; *Nam si educi è potentia materia nihil aliud est nisi ad produ-*  
*ctionem vel existentiam forma in materia requirit dispositiones ma-*  
*teriales, quibus mediantibus materia uniatur, quid obstabit tan-*  
*dem, quo minus forma à Deo creetur hoc est, ex nihilo producatur.*  
Ubi itidem erravit in creationis definitione, quam productio-  
nem rei ex nihilo constituit Vidit nullam dari posse materiam  
pro formis, hinc creationem admisit, ex descriptione insuffici-  
enti. Nos, ut falsitas hujus educationis manifestius pateat, argu-  
mentamur hunc in modum. Quæcunque doctrina nequit con-  
ciliari cum multis probatissimis regulis, nec ab absurditatibus  
liberari, ea rejicienda est. Doctrina de educatione formarum è  
potentia materiæ nequit conciliari cum multis probatissimis  
regulis, nec potest ab absurditatibus liberari, E. rejicienda est.  
Major nulla indiget probatione. Minor probatur quoad u-  
trumque membrum: Quoad prius: Prima regula ista trita est  
Principianon sunt ex se invicem hæc destruitur, formarum edu-  
ctio cum adstruitur. Secunda Nullus effectus est præstantior cau-  
sã suã: si aeductio hæc locum obtinet effectus sua causa nobilior  
statuitur. Nullum materiale producit immateriale, & quæ  
plures sunt probatissimæ regulæ. Quoad posterius. impossibile  
est idem simul esse & non esse. Contrarium statuitur, hæc edu-  
ctio cum defenditur. Probo, quia tum fit generatio quando fit  
formæeductio, generatio enim illis est introductio formæ, &  
quia jam formam educi statuunt die trigesimo aut quadagesimo  
post congressum die, & parens altero post congressum die fata  
subire potest, hinc parentem mortuum generare posse adstru-  
unt,



unt, ut ita de mortuo parens simul sit & non sit. Argumentamur Quicumque parentem mortuum generare posse adstruit, eundem & esse & non esse asserit. Atqui defensores sententiae de educatione parentem mortuum generare posse adstruunt. Ergo eundem esse & non esse asserunt. Majoris consequentia est firma, quia quirei mortuae actionem talem adscribit, is eandem & non esse scribit. Minor probatur, quia dicunt, trigesimo aut quadragesimo demum die introduci formam, quae introductio formae est generatio, quam parenti attribuunt. E. fiat immota conclusio. Absurdum est quod accidens mutetur in substantiam quod itidem infertur per educationem formarum. Duo enim in materia veniunt consideranda, vel ipsa substantia, vel accidens, substantiam autem materiae non posse converti in formam sae firmis rationibus superius probatum dedimus. Remanet ergo, quod accidens materiae in formam transire concedant, quae est absurdissima Philosophia. Notus ille quidem saepius promittit materiam ex qua formis substantialibus, sed promissum non servat: dum enim hanc ostendere laborat, materiam in qua semper inculcat, sicut promiserat, se suppeditaturum materiam, in qua non solum habitus mentis recipiantur, sed ex qua quoque educantur, & postmodum dicit: *Quod autem sit materia, ex qua educantur facile concedit ille, qui in sapientum scriptis versatus & vidit & legit, quid sit educi à potentia materiae, nihil aliud esse dicunt, quam formam dependere à subjecto, in fieri & in esse* Materia ex qua promittebatur, exhibetur autem materia in qua: sicut iam veritati minus consentaneum est, substerni materiam ex qua habitibus mentis, quippe nullum materiale intrat intellectum, sic vero haud consonum quoque, formam agnoscere materiam, ex qua educatur. alias forma fieret materiale quid, cum ex causa iudicetur effectus. Fusius haec declaravit *Excell. Praef. in disp. quadam phys: deeduct. form: tb. 33. & seq:* distinguunt alii inter formas materiales & immateriales, materiales oriri à potentia materiae volunt, non immateriales, quam sententiam cum probare coguntur, ad tale confugiunt argumentum, tanquam ad tutissimum asylum Quaecunque forma à materia in esse & fieri dependet, illa ab agente naturali educitur à potentia materiae Atqui forma mate-

rialis

11

a.

ich  
d  
Puh  
r  
ch  
scho  
Poh  
u  
Er  
oniz  
Pod  
Brad  
Nilez  
izka

rials à materia in esse & fieri dependet. E. educitur ab agente naturali è potentia materiz, verum materia in qua rursus substituitur, cum materia ex qua potius esset afferenda, subjectum in quo obtruditur, cum ex spectatur subjectum ex quo. Nos dicimus cum Dn. Sperlingio nostro, dependentiz terminum esse ambiguum sumitur enim generaliter pro omni eo quod quocunque modo indiget alio ad suum esse fieri, operari, hoc modo major si sumitur, nondum tamen formarum ortus expressus est nondum hæceductio probata. Potest enim alterum ab altero dicto modo dependere licet mentram suam alteri debeat originem, neque statim quod sit in materia ex eadem fit alias liceret subsumere. Phantasma fit in cerebro ergo ex cerebri substantia, coctio ciborum fit in ventriculo, ergo ex ventriculo, lumen in arte fit, ergo ex arte; vel specialiter pro dependentia effectiva, quæ effectus dependet à sua causa efficiente sic imman sa hæc universitas dependet à Deo, sic vestis dependet à sartore calceus à sutore, si hoc modo sumitur, minor falsitate penitus laborat, principium enim passivum, quale quid est materia, activum principium non producere valet, & quod quis non habet, alteri communicare nequit. Et sane quid notat dependere à materia in fieri? si nihil aliud, quam fieri in materia, integra ad huc remanet quæstio, unde formæ? an ex aliquo, an ex nihilo? Ex nihilo non fieri formæ, acerrimè propugnant iuxta canonem, ex nihilo nihil fit. Ergo concedant necesse est, fieri ex aliquo. Si istud ad huc rectè quæritur, an ex materiz substantia, an ex accidentibus? neutrum sine perspicua absurditate asseri potest. Argumentamur. Quæcunque formæ nec ex substantia, neque ex accidentibus materiz oriuntur, ex è potentia materiz plane non educuntur. Animæ materiales nec ex substantia, nec ex accidentibus materiz oriuntur Ergo ex potentia materiz non educuntur. Major suà radiat luce, quia physicus in materia duo tantum invenit ipsam materiz substantiam, & accidentia quæ sustinet, quibusque est ornata. Minor patet, quia ex substantia seminis partes spermaticæ, totumque corpus organicum elaboratur; quod autem in accidentia seminis, ut sunt, mollities, fluiditas albedo non transeant in formæ substantiam, quivis qui primoribus tantum labris

labris

labris hanc degustavit doctrinam, intelligit. Si iam anima brutum illam educationem non agnoscit, cur homo qui est *ἄνθρωπος ἀνθρώπων* tectioris esset conditionis bruto animali. Natura ipsa si loqui posset, indignissime se ferre hoc clarissimis verbis testaretur. Falsū itaque est, quādo dicitur, formas nūcupari materiales, quia essentiam materialem habent; Non enim ideo appellantur materiales, quasi essentialiter essent materiales, & effective dependerent à materia sed subjectivè quia fiunt in materia, nec existere ullo modo possunt extra materiam. Hinc alias quoque inseparabiles salutantur, quod à materia separari non possint, sed indissolubili & indivulso nexu sint conjunctæ cum materia.

#### THESIS IV,

#### Formæ non inducuntur

Priusquam sententiæ hujus falsitatem, solidis demonstramus argumentis, phrasis hæc venit explicanda, quid per induci indigetetur. Fernelius dicit, nihil aliud esse, induci formas, quam in materiam præparatam eas necessitate inevitabili à sole reliquisque astris induci. Per præparationem intelligit potentiam quæ quidem non portio, neque minimum quicquam est adventitiæ formæ, sed instructio quædam, formam præcurrens. sed aperte veritati contraria Ferneliana hæc opinio est. Quis enim unquam effectui determinato in determinatam adscripsit causam, licet hodie pleno impetu ad solem recurrant in hoc negotio Stellæ indifferēt et se habēt ad corpora nec magis concurrat sol ad productionem minimi cujusdam animalculi quam equi, canis &c. Accedit quod inanimatum, quale quid est cælum, nullum; animatum producere valeat, alias enim effectui præstantiori causa minus nobilis assignaretur. Hanc ob causam minutissimus quidam vermiculus infinitis partibus soli fulgentissimo est præferendus, quia vitâ est præditus. Hoc quosdam malè habet, cum mures in navibus recens fabricatis, cumque scarabæos in stercore equino aliaque animalia spontaneo ortu producta cernunt, hæc enim nullam aliam agnoscere causam posse statuunt, quam solem. Sed concedimus quidem, cæli concursum summè

C

esse

esse necessarium ad productionem animalium: cum enim supremus scelerum vindex Deus sceleribus mortalium ad iram provocatus terræ sterilitatem minatur iisdem, cælum æreum inferre minatur *Amos. 4. 7.* Quod ipsum manifestissimè quoq; probat exemplum Eliæ *3. Reg. 17.*, qui ut terra redderetur infrugifera, precibus ardentibus cælum claudebat. Et sanè ipsa annua experientia fatis superque nos informat, tem pore æstivo ranas, varia item vermiculorum genera à calore solari, tanquam causa instrumentali: quæ tamen causam proximam præsupponit, in maxima copia produci. Quaritur autem an sit operatio ista cælis specialis? An cælum absque causis particularibus id præstet; Hoc constanter cum *Exc: D. Pras: in tract. de orig. form: consera Freit: p. 66.* negamus, & cum *Weiaricho* dicimus: Quicquid nascitur, communi quidem cæli favore adjuvari ad ortum ut autem homo oriatur vel equus, vel mus, id planè non fieri ex communi influxu: dato enim certo effectu, non ad causas, quæ indifferentes se habent ad omnes effectus producendos, est recurrendum. Et quis negaret, mures istos vel sub mercibus occultatos una fuisse transportatos in navim, vel mures marinos ex aqua illie se contulisse, quod credibile maxime est *Descarabæis* notum est, quod delectentur stercore equino, quam ob causam in maximo numero ibi deprehenduntur, & congressibus mutuis *Venerem* exercent. *Freitagius* quidem dicit, etiam causam generalem, qualis sol est, posse quoque esse causam specialem, & sic determinato & particulari influxu influere posse in effectum, quod probat sequenti exemplo: Anima, inquit, est causa universalis omnium suarum actionum in corpore humano, & specialis in qualibet corporis parte. Verum aperta hæc est contradictio, esse causam generalem, & universali influxu ad aliquod concurrere, & esse causam specialem, & determinatè se habere. Probatio fallit ambiguitate. Anima non est causa universalis sed particularis & proxima suarum actionum, quas exercet in corpore, ut ut omnia illa effecta ad eam referantur. Alium habet influxum cum intelligit, alium cum ambulat, alium cum coquit, Ex his dilucidè quoque apparet, *Fernelliana*

nam

nam istam formarum Inductionem stare non posse, jam porro  
querimus, quid nam præparet materiam illam, quoniam formas  
illas in materiam reperiri præparatam statuit? Non materia, quæ  
est principium passivum, Dicit, hanc materiæ formationem de-  
pendere à facultate & vi seminis, & ab eo qui semen jecit. Quæro  
ergo, unde hanc facultatem semen consecutum fuerit? non se-  
men ipsum contulit hanc vim, hoc enim mere passivè se habet,  
& ex hoc formantur partes tum spermaticæ tum sanguinæ. Er-  
go aliud quid necesse est insit semini, cujus beneficio materia  
præparetur ad Formam recipiendam. Recurrendum itaque ad  
vim plasticam, hæc autem manu quasi nos apprehensos dedu-  
cit ad ipsam animam. Quid enim vis plastica aliud est, quam  
animæ facultas? Ubi autem hæc animæ facultas, ibi anima i-  
psa: Ubi proprium, ibi subjectum Si iam vis plastica insuit semi-  
ni, & semen ortum suum trahit à parentibus, infallibili neces-  
sitate sequitur, ipsam animam à cælo non inveni & inseri in  
materiam, sed à parentibus suam habere originem.

### THESIS. V.

#### Formæ non creantur.

*Ex lib. 15. jam uidi primæ creatione singula corpora cū suis formis  
creata fuere à divino Thaumaturgo: factâ autem cælesti benedi-  
ctione & aliquibus speciebus potentia intrinseca sese multipli-  
candi concessa, ita ut homo hominem brutum brutum genera-  
ret, cessavit supremus architectus ab omnibus creatiois operi-  
bus si iam à creativo influxu Deus hodie cessat, in productione  
formarum non est recurrendum ad modum hunc extraordina-  
rium & miraculosum, sed acquiescendum in ordinario & natu-  
rali. & si divina clementia corporibus dedit potentiam se multi-  
plicandi iuxta speciem suam, quid prohibet quo minus formæ  
generentur, forma enim materiæ conjuncta constituit aliquam  
speciem. Argumentamur. Quicquid à Deo vires se  
multiplicandi & propagandi accepit, illius genitum formam suam  
non accepit per creationem. At qui corpora corruptibilia à Deo vires  
sese multiplicandi & propagandi acceperunt. Ergo corporum cor-  
ruptibiliu genita formas suas non accipiunt per creationem. Ma-  
jor est firmitas. Esset enim alias virtus illa cælitus concessa  
frustra.*

infraneas, quod absurditate non caret. Minor habet suum  
fundamentum in sacris literis. Obciucere solent varia scripturae  
testimonia pro astruenda de formarum creatione sententia, im-  
primis vero Zach. 12. 1. *Hac dicit Dominus, extendens calum, &  
fundens terram, fingens spiritum hominis in eo.* Sed R. concur-  
sum Dei generalem vel universalem non esse confundendum  
cum speciali. Concurrit Deus ad productionem animae ut causa  
Prima & universalis, quae tamen non excludit causas secundas &  
particulares. Eodem modo serpens habet in dicto isto, quando  
Psalmista ait, Deum dare escam corvis, invocantibus  
se quod tamen non de immediata & extra ordinaria cibi ex-  
hibitione, sed de ordinaria & mediata intelligendam est. S. Pa-  
triarcha Jacobus, morti iam vicinus cum benedicere vellet Jo-  
sepho, in haec verba linguam solvebat. *O Deus, qui me per omnem  
vitam aluisti etc.* Gen. 48, 15. ubi tamen non vult, Deum modo  
miraculoso cibum suppeditasse esse, sed ordinarie per parentes  
Plura loca allegata, & dextre satis corrupte licet contradicentium  
viudicata vide apud Exc. Praef. *In Anthr. l. 1. c. 1. q. 4. p. m. 90.  
& seqq.* Hanc quoque de creatione sententiam ipse Augustinus  
falsam pronunciavit: si enim inquit, immediata animarum cre-  
atio defendatur, doceri nequit, quomodo animae ex Adamo non  
veniant, & tamen ex illo justam damnationis sententiam inveni-  
ant. Ipse Lutherus viso infirmo admodum stare talo, imo in ipsum  
Deum injuriam esse formarum creationem, traductionem attri-  
puit, cognovit enim peccatum ipsum hoc modo in Deum redū-  
dare, qui a sordida peccatorum labe remotissimus est, hoc fere  
argumento. *A quocumque animae origo trahitur, ab eodem peccatum  
provenit. Atqui a Deo animae origo trahitur. Ergo a Deo peccatum  
quoque provenit.* Conclusio est absurda, & sacrae paginae peni-  
tus contraria. E falsitas continetur vel in majore. vel in minore  
Major indubia est, quia in hoc corrupto statu peccatum in semper  
cum animâ conjungitur. Minor itaque falsa est. Nos Augustinum  
sequentes si illogismum immotum hoc modo formamus, *A quo-  
cunque*

etiam, nancissimur labem peccati, ab eodem quoq; nancissimur peccati-  
subjectum. Atqui à parentibus nancissimur etc, Major nullam  
diget probatione. Minorem Psalmista ps: 51. comprobat his  
verbis. In iniquitatibus concepit me mea mater etc: Et si  
formæ immediate orientur à Deo, tum Dei essent filii: à paren-  
tibus namq; materia vel corpus sine forma deducta esset, sicut  
Scaliger Exercii: 6. l. 5. p. 28. inquit, si formam Adamantius catel-  
lus non dederit Therion illo sed materiam tantum, ita ut forma  
à celo fuerit iuncta & inserta, tum Therio nullus solis erit fi-  
lius aut veneris, aut alius. Mirum quoq; est, eos ipsos, qui sum-  
mo conamine creationem propugnant, omni tamen assevera-  
tione affirmare, generationem in introductione formæ consi-  
stere, ac novæ essentia productionem inferre, quæ tamen plane  
stare non possunt: si enim à generantibus forma venit, imme-  
diate à Deo creari nequit. Argumentamur. *Quodcumq; gene-  
ratur id creationem immediatam non agnoscit. Atqui Forma gene-  
rantur. E. Forma creationem immediatam non agnoscunt.* Majoris  
consequentiæ firma est & stabilis. Minor probatur ipsorum  
verbis: generationem enim inquit in introductione formæ  
positam esse, & fieri à generante cujus est formam in mate-  
riam introducere, eiq; unire: fit itaq; contradictio, recte Thum-  
mi usait de Trad. p. 29. Vera generatio consistit in productione  
formæ licet animam producat ab homine At habet effugiū: Do-  
um creare, patrem unire. En patres morales! At ne morales qui-  
dem. Non enim die sexagesimo aut centesimo post congres-  
sum Pater utero inclusus præstolatur animam, quam uni-  
at. Negant rursus, animam produci posse à parentibus, sub-  
iuncta hac ratione, quia forma immaterialis actionem naturalis  
agentis fugit. Sed dicimus nos, etiam formam brutorum, plan-  
tarum ratione essentia sua consideratam esse immaterialem.  
& sic idem telum potest torqueri contra productionem formæ  
humanae; respectu ex istentia quædam formæ arctiorem coha-  
sionem habent cum materia, ac alia. Hinc materiales appel-  
lantur formæ alia, alia immateriales. Illæ, quia dependent  
in esse, fieri & operari à materia, ut hæc sublata, ipsæ formæ pe-  
nitent

altus intereant: hæ, quia fiunt in materia tantum, ut essentia il-  
larum corpore humano sublato, maneat superstes: semel & in hunc  
rerum ordinem admissa perennat, destructo quantumvis domi-  
cilio, & quicquid circa eam jacet rerum, *ut verba quodam in loco*  
*Dn: Presidis sonant.* Distinguendum ergo cum D. Thummio, in-  
ter formas puras & impuras. istæ sunt, quæ plane à materia li-  
beræ sunt, nec ullam cum eadem conjunctionem habent, quæ-  
que tamen perfectam speciem sine materia constituunt, ut sunt  
angeli de quibus verum est, quod fugiant actionem naturalis  
angelis: hæ sunt, quæ certo modo & certa ratione materiæ devin-  
ctæ non sunt, Sic anima humana consistere potest sine materia,  
suas quoque exercere valet operationes eâ destituta, lege tamen  
naturæ cum materia devincta est, de his ratio adducta non va-  
let. duplici enim modo considerari potest anima nostra, primo  
ut spiritus, & sic nullam cognationem cum materia habet, ani-  
ma enim se juncta à corpore naturam spiritus tantum obtinet,  
& hinc sui non est diffusiva, & multiplicativa; secundo, ut for-  
ma quatenus informat corpus humanum, & conjuncta cum ma-  
teria certum aliquod individuum constituit, & tum non fugit  
actionem naturalis agentis. Et si querimus, quodnam illud a-  
gens naturale sit & respondeatur, homo, egregia committitur  
contradictio. Antea enim concessum est, generantem sibi simile  
in specie producere, & generationis terminum esse formæ in-  
troductionem, similitudo autem hæc est essentialis, consistens  
in productione formæ ejusdem speciei, quæ dat specificum esse;  
si jam generans producit formam, forma sanè non fugit actio-  
nem naturalis agentis. Aut, si fugit actionem naturalis a-  
gentis, quomodo uniri potest à parentibus cum materiâ? Nihil,  
denique obstat, nec quicquam nostram infringit sententiam,  
cum ex immortalitate animæ humanæ creationem ejusdem in-  
ferre laborant summo studio. hoc fere argumento. *Quicquid*  
*est immortale, id creatione producitur. Atqui anima rationalis est*  
*immortalis, E. anima rationalis Creatione producitur.*  
Verum major infirma est. Modus producendi nihil  
adrei



ad rei mortalitatem, aut immortalitatem facit. Quemadmodum ad  
omne quod propagatur est mortale sic non omne quod creatum  
est, est immortale. Exemplum manifestissimum exhibent om-  
nes irrationales creaturæ, quas Deus circa mundi primordis  
condidit, quæ æternum non erant duraturæ. Et omnes poste-  
ri Adamici immortales fuissent, si præceptum divinitus datum  
non suscipere; deique habuissent, & se dissimulante peccatorum labe se con-  
taminassent, & tamen non creati, sed generati fuissent, creatio  
itaque rem non constituit immortalem, sicut nec generatio mor-  
talem. Mortalitas & immortalitas, Corruptibilitas & incor-  
ruptibilitas non ex origine, sed ex rei natura & intrinsicis suis  
causis est æstimanda & dijudicanda, ut habet Exc: D. Præses, & exc:  
Cl. Pomarius in coll. syn: disp. 6. de forma pos. 4. §. 2.

## THESIS VI

### Formæ generantur per traducem.

Si unquam res objectionibus variis petita fuerit, hæc scilicet  
de generatione animæ per traducem doctrina est. Sufficit ergo  
pro tenuitate nostræ & ingenti inbecillitate, si quædam alligave-  
rimus. Ac primo res hæc qua iudicium lance pensitetur, nullam aliam  
quam generationis viam invenimus, quæ formæ producantur,  
quam quoque viam tutissimam. & pedibus plurimorum exquisi-  
tissimæ eruditionis virorum esse tritam deprehendimus. Me-  
rito itaque huic insistimus, nec latum unguem ab hæc discedi-  
mus. Receptum ab omnibus, formam generationis terminum  
esse, formam generatione acquirendam & introducendam esse.  
Generatur igitur, seu quod idem generatione producit. Et si  
formæ non inducuntur ab universalibus & indeterminatis cau-  
sis, nec educuntur à potentia materiæ nec à Deo glorioso crean-  
tur, quemadmodum hoc superius ad satietatem usque demon-  
stratum est, solum remanet, eas generari. Qui congenerari  
dicit, hoc ipso generari eas infert. Congenerari enim ut nomi-  
ne, sic & re infert generari. Ad quod æquè de hominis formæ as-  
serendum, ac de cæteris. Et mirum, eurgeneratio humanæ  
deterioris conditionis generatione brutorum, quæ libere

11

a

ich

Ar

Duh

cl

schon

Leh

Pr

oniz

Pod

Brad

pilez

nizka

quoad speciem producant. Argumentor, *Quicquid sibi simile*  
*quoad speciem producit. forma specificam producit. Bruta sibi si-*  
*mile quoad speciem producant. E. bruta formam, specificam pro-*  
*ducunt.* Major exinde patet, quia forma dat regi esse formaliter.  
Minorem experientia satis manifestam reddit: videmus enim, canem generare canem, equum equum, asinum asinum.  
Cur hæc præstantia homini denegatur, si bruto conceditur. videns hoc Cl. Hoffmannus, hanc eripi humano generi nobilitatem in hæc verba incanditatis plenissima prorumpit *Si in omnibus, quæ generantur generans genito dat totum v. e. equus generat equum, canis canem, asinus asinum, & sic de cæteris ita ut ad perfectionem cujuslibet speciei non desit quicquam, cur homo sit infelicio equo, asino, cane? quin natura ipsa si loqui posset, indignissime se ferre clarissimis verbis testaretur, adimi sibi nobilissimam operationem, hoc est, generationem substantialem.* Porro hominis generatio aut erit univoca, aut æquivoca: Non æquivoca, iuxta propriam confessionem E. erit univoca. Quid autem est generatio univoca? Quando generans & genitum sunt ejusdem speciei, vel quando generans eandem essentiam communicat genito: hoc autem absque speciei communicatione fieri nequit. Accedit, quod æquè latè pateant benedictio divina, quam generatio, quæ benedictio non fuit. *ρηματικὴ πρὸς πρῶτον* illa autem totum complectitur hominem, ergo etiam hæc. Imo Gen: 9. 1. benedictio, quam Deus antea creaturis concesserat, homini & brutis, conjunctim sumptis, ad solum hominem restringitur. Dicunt, licet anima non communicetur filio à generantibus parentibus, nihil tamen ob stare, quo minus homines æquè ac alia animantia generando se multiplicent, & aliis ab alio per veram generationem descendat modo uniat animam cum corpore. Sed nonne hoc modo Pater fit causa moralis filij sui? nonne hoc modo Pater longissime est remotus à generatione univoca? Actio formalis generationis univocæ in eo consistit, ut fiat idem specie: effectio itaque primum attendi debet & realis influxus in generatione univoca, & secundo res ejusdem speciei Ubi realis influxus in causa morali? Ubi productio ejusdem speciei? Hæc quoque modo frustranea esset potentia

tia

ria multiplicandis, quæ parentibus cælitus est concessa: sicut enim obtinent facultatem nutricem, vegetatricem, sic generatricem quoque & sicut illæ facultates & potentia naturales agenti ob naturalem illam actionem concessæ sunt, sic quoque facultas generatrix ob hanc naturalem actionem concessa est hominibus. Hæc quomodo cum causam morali conveniunt? Porro putant, formam ineptam esse plane ad sui multiplicationem, cum omnis forma, quæ vult se multiplicare, subjectum poscat, & materiam requirat, ex qua aliam producat formam: Sed dicimus, formas nullam præsuppositam materiam exigere: si enim ex aliquo fierent, compositum quid essent. Argumentor. *Quicquid ex aliquâ materia fit, id est compositum. Atqui forma ex aliquâ materia sunt. Ergo formæ sunt compositæ.* Major est manifesta & dilucida satis. Materiam enim non annihilatur. Minor ipsorum est. Igitur si forma constaret à materia non esset forma simplex amplius, sed compositum quid: caderet insuper axioma illud Aristotelicum: *δεῖ τὰς ἀρχὰς μήτε ἐξ ἄλλῶν εἶναι, μήτε ἐξ ἄλλων*. Oportet principia non ex alterutris, nec ex aliis esse l. 1. phys. c. 5. *th. 42:* generantur autem formæ non ante congressum: cense enim sociæ quam diu nondum sunt conjunctæ & suum invicem præbent influxum, effectum producere non valent non post congressum, quia tum parens desinit generare & vel morte abripi, vel periculoso morbo corripitur potest: remanet ergo, in ipso generationis actu utrumque parentem formam communicare, communicatione non μεταβατική formæ enim ratio in indivisibili posita est, sed ἀλλοποιητική ita ut planè nova forma à parentum formis introducatur. Neque mater hoc à negotio excludenda est, cum suam quoque conferat: si enim potentiam habet generatricem, & verè generat, utique formam producit, generationem namque in communicatione formæ positam esse supra ostendimus: Si quoque causa sociæ est, suam itidem præbet efficientiam, non quidem divisim, sed conjunctim. Egregiâ similitudine hanc rem declaravit B. Meis. *ph sob. sect. 3. quæst. ph* quam apponere lubet. *Sicuti lumen se multiplicat, b. aliud lumen immediatè producit in materiâ apta & aptè applicata: ita & anima nostra per benedictionem divinam in semine ad generationem*

D

nem

11

a.

ich

Ar

Duh

ch

schon

Leh

iz

oniz

Pod

Brad

ilcz

nizka

*membrum hominis disposito se multiplicat. h. e. aliam sibi in specie simi-*  
*lem animam immediate, non interveniente instrumento aliquo*  
*corporeo producunt, quæ immediata animarum productio tradux*  
*vel propagatio nominari consuevit. Cum a. mentio hic traducis in-*  
*jicitur, & hic locum maximè mereatur, [operæ pretium me-*  
*facturum puto, si explicuero, quid tradux sit in genuina sua si-*  
*gnificatione, & quomodo huc trahi queat. Est autem tradux*  
*propago ab arbore secta, & in aliam arborem traducta. Hinc*  
*ampliato termino, traductio ad multiplicationem formarum*  
*quamvis relata est. in hoc autem negotio liberandus est termi-*  
*nus ab imperfectionibus quæ plurimæ inde sequerentur, si ea*  
*huc applicaremus, quæ alias, cum primæ significationi insisti-*  
*mus, locum inveniunt; manendum itaque in analogia. Non e-*  
*nim formæ proprie istâ traductione & transvectione opus ha-*  
*bent, cū sint immaterialis naturæ. Rectè Thummus dicit. Pro-*  
*pria appellatione traducis corporis quidam motus innuitur, sed*  
*analogico sensu hæc sunt interpretanda, sicut cum semen vehi-*  
*culum animæ appellamus, cum tamen anima nec vehatur, nec*  
*ullo modo trahatur. Neque hic decisio animæ imaginanda, ut*  
*in furculo; nulla enim formæ particula à parentibus abscindi-*  
*tur, sed fit generatio sine ulla animarum divisione & diminu-*  
*tione, Sicut enim anima cum se infinuat in carnem ex assumpto*  
*alimento ad natam, non augetur, ita eadem cum se multiplicat*  
*non diminuitur, nec dividitur. Licet autem veteres semen di-*  
*xerint esse ἀπόσπασμα σώματος καὶ ψυχῆς nō tamē voluerūt,*  
*esse animæ particulam à formis efficientibus abscissam, sed sano*  
*sensu hæc sunt accipienda. Sc: hoc voluere, generationem huma-*  
*nam esse uivocam, quæ totum generat totam, & animam actu*  
*esse in semine. Sed quod caput rei, potius aggrediendum, in*  
*quibus furculus cum generatione animæ conveniat dispicien-*  
*dum est. Sicut autem furculus animam non accepit immediate*  
*à Deo glorioso, non à stellis, quæ sunt universales causæ & remo-*  
*tæ, sed ab arbore, matre: Sic formæ humanæ suam originem non*  
*trahunt immediate a cælesti Numine, neque ab astris in materi-*  
*am rectè præparatam inducuntur & inferuntur iuxta Fernelia-*

nam

nam sententiam, sed a parentibus: non enim hominis generatio imperfectior & deterioris est conditionis, quam generatio plantarum. Sicut item furculus nactus est animam ab arbore, cum in esset eidem non verò post separationem, potest namque cum arbor Vulcani violentiæ tradi, aut aliis mille modis perdi, nec in separatione, neque per divisionem, sed per generationem, cuius terminus proximus est forma, sic anima humana suam cepit originem in ipso generationis actu, quia omnis effectus qui fit requirit causam, quæ operativa & negotiosa est, quiescente causa, ut nullus datur influxus, sic nullus quoque sperandus est effectus. sicut gemmæ medium sunt, quo accipit furculus animam (sublatis enim gemmis. desperata res est, nec ullus fructuum proventus est ex spectandus) sic hæc diante semine humano, anima producit, quod quasi subtilissimum quoddam vehiculum est quo vehitur forma.

## THESIS. VII.

### Anima actu est in semine.

Diu inter scientiæ naturales scrutatores disceptatum fuit de animæ in semine præsentia, ubi quidam magno molimine certant pronegativa tuenda, quidam affirmativam tenent, quibus posterioribus nos quoque nostram sententiam subscribimus. Ante omnia vero status controversiæ recte est formandus, & sciendum, nos non loqui de quolibet semine. Non enim semen patris in prole adhuc hærens animam filii præditum est, allas effectus esset ante influxum, quo quid absurdius dici non potest. neque illud semen in questionem venit, quod profundunt ἐξ οὐρανοῦ τοῦ οὐρανοῦ hi enim itidem, quia non generant, neque generationis proximum terminum assequi valent; sed sermo est de semine quod facta conceptione in utero deprehenditur. Hoc autem semen prolificum quâ primâ est ab utero receptum osculum favillæ clauditur, & retinetur, ubi natura. statim operosissima & negotiosissima est, & sanctum hoc formationis opus magno molimine aggreditur, quæ certè partium elaboratio fusissime nos de animæ in semine præsentia informat. Non enim vis plastica hæc formationis opus sola efficit, est enim accidens animæ, quod  
suo

11

ich  
Ar  
Dul  
sch  
Feh  
L  
uz  
Pr  
oniz  
Pod  
Braz  
Nilez  
izka

suo subjecto destitutum esse nequit, ergo ipsa animæ hæc partium  
efformatio venit adscribenda; sicut enim cernimus, animam den-  
tes in pueris & carnem efformare novam, si vulnus est ac-  
ceptum; eodem modo se res habet in efformandis partibus corpo-  
ris in utero materno. Miranda res est, quomodo anima tres effi-  
ciat bullas turgentes, quæ prima statim post conceptionem sep-  
timana conspicuæ sunt, quarum una rudimentum cerebri, altera  
cordis, tertia hepatis est, & quomodo singularum partium line-  
amenta cerni possint: viscera interna videntur fibrosa, vasa fili-  
tenuissimi instar, membranzæ caparum pelliculis haud absimi-  
les, sanguinem attrahunt maternum, & suum querunt alimen-  
tum, qui sanguis hepati affusus pervenas cunctis corporis parti-  
bus communicatur, donec infans summis conatibus exitum  
querit: sic effectus testatur de causa domicilium de architecto.  
Partium formatio de animæ formatrice. Proferunt qui-  
dam varias obiectiunculas, quibus hanc nostram sententiam  
labefactent, & primo quidem, quod antiquissima sit opinio i-  
sta, qua animæ absentia in semine adstruitur, à qua antiquitate  
non sine gravi causa recedendum est, Aristotelem ipsum, di-  
cunt animam in semine potentia non actu esse statuere, variasq;  
suggerunt autoritates. Secundo asserunt, hoc ipso quid statui  
contra naturam & animæ humanæ conditionem si enim in se-  
mine parentum tum duæ communi ea rentur animæ, neq; ullis co-  
gitationibus assequi valent quomodo à duabus animabus una  
proveniat anima. Tertio dicunt. Hoc modo plurima commit-  
ti homicidia ab illis, qui in tempesta venere excitati semine  
emerari è profundunt. At facillimo negotio his obviam iri po-  
test. Primum enim terculamentum quod attinet, sciendum  
antiquissima quæq; si veritati aperte contradicunt, posse rejici  
si enim ratio & experientia aliud quid dicitat & suggerit, quid  
obstat, quo minus veterum sententiam rejiciam? Quis enim  
tam ab omniratione alienus est, qui suum calculum statim ad-  
jiceret veteribus, quando intellegentias orbem movere in publi-  
cis scriptis professi sunt? quis eo in lanæ progredetur, qui  
hoc ipsum arriperet, animam humanam à corporis vinculo se-  
junctam.

unctam perire non secus ac brutorum animas, & tamen hæc sententia vetustissimos habuit defensores? quis veterum assertum amplecteretur, quando primum omnes animas humanas simul creatas, & deinde in corporis carceres detrusas. voluerunt? quod effatum licet antiquissimum sit, divinis tamen librorum monumentis contradicit manifestissime. Et cur strenui Aristotelis æmulis sententia ejus non recedat in iis, quæ ex aliis vetustioribus Scriptis refutavit, cur non potius vetustiorum insistant vestigiis, si antiquissimum quoddamque verissimum. Ipsum Aristotelem satis explicat Scaliger quando animam adesse in semine *duvâmes* asserit, cum dicat, hoc esse intelligendum de quibusdam animæ operationibus, non vero de ipsa essentia. Aliis ipse Aristoteles ait, *Conceptum inaniuatum esse semen nemo statuerit & vitâ omnibus modis privatum, quippe cum nihilominus & conceptus animalium vivant, quam stirpes, Ex his tale necitur argumentum. Quicumque dicit, semina animalium non minus vivere quam stirpes, ille actu adesse animam statuit. Atqui Aristoteles dicit, semina animalium non minus vivere quam stirpes Ergo. Quid quod semen instar artificis esse dicat, qui in suo opere artificioso perficiendo strenue est occupatus Hinc rursus argumentor, Quicquid aliquid efficit id sane non est in potentia. Atqui semen aliquid efficit, E* Recte igitur D. Hoffmannus, hominis valde inperit esse inquit il laloca, in quibus Aristoteles potentiam animam esse in semine statuit, allegare, cum toties actu adesse affirmet. Secundum quod concernit, parentum suat causa efficiens animæ filii, causa autem efficiens extrinsece rem tantum constituit, nec rei compositionem ingreditur. Sic cum quæritur an domus magis sit composita, quæ plures habuit ædificatores, quam quæ unum negamus illud quia compositio petenda venit ex causis intrinsecis. Sic cum quæritur, an Major fuerit compositio Caini, quam Adami, quod ille sit progenitus modo naturalis, hic modo supernaturali absque concursu parentum, negamus id, quia hæc causæ extrinsece se habuere, compositio autem ex internis causis est æstimanda. Ad tertium facilis est responsum, nempe nobis non esse sermonem de tali semine, sed de semine

ne:

11

a

ich  
Ave  
Duh  
rör  
clu  
schon  
Feh  
L  
uz  
Pr  
oniz  
Pod  
Brad  
vilez  
izka

ne, quod in ipso generationis acta emittitur, quod ipsam supe-  
rius in statu |Controversiæ attigimus. Insufficiens est tale fermen-  
sumptum seorsim. Plura adderemus, nisi lucem addere læcive-  
retemur. Ex insufficienti.

## SOLI DEO GLORIA.



**S**imens nostra semel tincta est errore trahaci,  
Propugnando illum mordicus ipsa tenet:  
Inde nec attendit veræ rationis acumen,  
Nec quoq; iudicium, quod sacra verba ferunt.  
Ortu de humanæ sat disceptatio formæ  
Hoc probat, hic falso dicitur esse triplex.  
Verum ergo *Wergere* modum de traduce formæ  
Proponens veri præmia vera ferēs.

*Ita Præst: Dn. Respond. Amico & Conterraneo  
suo gratulat.*

**M** Christianus Bilefeld Coll  
Philos. Adj. p. t. Decanus .



Ad

*Præstantissimum DN. Respondentem.*

Disputationis Autorem &c.


**C**orpora quas habeant formas certamine duro  
Certant antiqui, certat Aristoteles.

ad



Ast certent. Immota tibi fundamina reru m  
Sunt praesto, hinc litem hanceg regie superas  
Cresce Deo, sucresce tuis, sic florida honorum  
Palma tibi veniet, perpetuale decus


Johan Sperling/ P. P.



**N** Ec Tibi sat, doctoq; datum in certamine Musis?  
Nempe etiam in Cathedra conspiciendus eras  
Quod tractas, Wergere, bonum est. Age pergito!  
Nectere pror Vigili serua labore DEUS (Vidi

Constantinus Ziegler/ SS. Theol.

Lic. & Coll. Phil. Adj.



**D** um *Formas* modulo penetrat rationis acuto,  
Wergeri virtus, plaudit Apollo Pater  
Formoso metro ter - Triplex Gloria Pindi  
Formosas operas sera peræva feret,  
Tota cohors doctum persvavi murmure suadet:  
Deformes formas destrue falsi loquum;

Inge

Ingenium format mira Sperlingius arte,  
Quo duce Veriloquus bellula bellà geras.


*Paucis hisce  
Plus Ultra  
Eximio atq; Præstantissimo  
Dn. Johanni Wergern Phil. &  
S. S. Theol. Cultori felicissimo Commem  
salis suavissimo, ut Disputationis  
Auctori certissimo, acclamat*

**M. JOHANNES Knauth**  
S. S. Theol. Studios,



11

V. 15



Fragment of a manuscript page on the right edge, showing a drawing of a hand and some text. The text includes the letters 'N', 'II', and 'ia', followed by a red line and the words 'ich', 'e', 'Dun', 'schon', 'Leh', 'L', 'Pr', 'oniz', 'Podn', 'Brad', 'Nilez', 'nizka'.

